

1765, 3^b
AB
449

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE
FORO HEREDIS
QVAM
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE
MAGNIFICO ACADEMIAE RECTORE
D. IO. CHRISTOPH. KOCH

IVR. PROF. ORD. ACAD. SYND. CONSIL. AVL. HASS.
COM. PAL. CAES. ACAD. ELECT. MOG. SCIENT.

VTL. SODAL. ORD.

PRO

LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
RITE CAPESSENDI

AD D. XXV. IVL. CIO IOCC LXV.
IN AVDITORIO SOLEMNI

DEFENDET

AVCTOR

CAROLVS FRIDERICVS SEIFERHELD

HALA - SVEVVS.

Editio Secunda.

GISSAE,

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.
CIO IOCC LXXI.

DISTRACTIO IN GALLIAS LIBERATIO

POPO HERIDI

MAD
IN GALLIAS

LIBERATI
PARISI
MAGISTER
HISTORIA
SOCIETATIS
ACADEMIAE
PARISIENSIS
EDITIONIS
TOMVS I

DE CHRISTOPH MOCHE

LIBERATI
PARISI
MAGISTER
HISTORIA
SOCIETATIS
ACADEMIAE
PARISIENSIS
EDITIONIS
TOMVS I

DE ALEXANDRI MOCHE

LIBERATI
PARISI
MAGISTER
HISTORIA
SOCIETATIS
ACADEMIAE
PARISIENSIS
EDITIONIS
TOMVS I

DE ALEXANDRI MOCHE

LIBERATI
PARISI
MAGISTER
HISTORIA
SOCIETATIS
ACADEMIAE
PARISIENSIS
EDITIONIS
TOMVS I

DE ALEXANDRI MOCHE

LIBERATI
PARISI
MAGISTER
HISTORIA
SOCIETATIS
ACADEMIAE
PARISIENSIS
EDITIONIS
TOMVS I



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
FORO HEREDIS.

PROOEMIVM.



VVM exacto feliciter academi-
cae vitae curriculo, pro Licen-
tia summos in vitroque iure ho-
nores impetrandi disputaturus,
de themate, quod elaborandum mihi sumerem sol-

A 2 lici-



licitus essem, p[re]ae omnibus quidem vtilitate sua mihi sese commendabat materia iuris germanici statutarii patrii: de *communione bonorum inter coniuges Sueuo-Halenses*. Varia quoque ad materiae huius illustrationem, & enodationem pertinentia iam collegaram. At varias ob causas, & praesertim propter temporis ad comparanda ex scriniis curiae patriae subfida necessarii penuriam, mutandum fuit consilium, themaque aliud feligendum. Arrisit mihi ergo illud, quod de *foro heredis* tractat, quodque ob frequentissimum usum, & dissonas ICtorum sententias facile se cuique commendabit. Nec decantata est materia; quantum enim ego scio, de *foro heredis*, nulla extat specialis disquisitio. Operae igitur pretium me facturum ratus sum, si speciminis inauguralis loco meas de illo proponerem meditaciones.

§. I.

FORVM QVID?

FORVM, aut vti veteres etiam loquuti sunt, forus, vnde descendat, vti non vna est omnium sententia a); ita & in iure nostro plurimis, vt ait FESTVS

a) Varias etymologias videsis apud ISIDORVM in libr. etymol. XIV. 6. XVIII. 15. IO. GERH. VOSSIVM in Etymolog. ling. latinae. h. v. ILIC. VMMIVM in Disput. ad



STVS, modis intelligitur b). Nobis iam denotat locum, vbi ius dicitur: qui & iudicium saepe vocari solet c).

§. II.

FORVM COMPETENS GENERATIM.

ACTORIS praincipua in initio processus cura esse debet, ut *competens* iudicium eligat. Dicitur autem *forum competens*, quod in causa illa iurisdictione gaudet: & si plura adiungit fora, quae in hac causa, eademque instantia sunt *competentia*, concursus adest fororum, actorique datur electio. Sequitur actor se-

A 3

cun-

ad process. iudiciarium 4. th. I. n. 1. 2. IOAN. HENR. N.
D. de BERGER in diff. de foro rerum singulari §. I. ill.
GEORG. HENRIC. AYRER, in diff. de militis foro delin-
quentis S. II. §. IO. ISIDORI etymologiam GREGORIVS
IX. P. adprobauit in c. IO. de V. S. *Forus est exercenda-
rum litium locus, a fando dictus, sive a Foroneo rege, qui pri-
mus Graecis legem dedit. conf. IVSTVS HENN. BOEHME-
RVS in Noris ad h. cap.*

- 1) Quos vide apud PHILIPP. VICAT in *Vocabulario iuris*
utriusque sub voc. *forum*. conf. HERMANN VULTEIVS
de *iudicis* lib. I. cap. 4. n. 140.
- 2) Forum & iudicium saepe promiscue sumi, probat I. 7. 8. C.
de postul. I. 4. C. de *aduocat.* diversi iud.



cundum regulam forum rei a). Sortitur autem quis forum, vel ex *iure communi*, vel ex *privilegio*. In illo regulariter cuius conueniri potest, & dicitur *commune*; quod, prout vel intuitu omnium causarum, specialiter non exemptarum, vel intuitu certae tantum causae fundatum est, abit in *generale* & *speciale*. Illius species sunt forum *originis*, tam *generale* (quod tamen in Germania ignotum est b), quam *specia-*

a) Dari huius regulae exceptiones, praeter alios, *Consuliss.*
SALZMANNVS in diff. sua inaugurali sub praesidio Ill.
HELLFELDII Ienae nuper habita, latius exposuit.

b) Catholici tamen Doctores Romae adhuc Germanos omnesque alios, pedes Pontificis osculantes forum originis generale habere, ibidemque in prima statim instantia conueniri posse docent. Doctrina eorum haec est: Sub *Roma* non intelligunt praecise illam Italiae urbem principalem, cui *Roma* nomen est, sed locum, ubi pontifex resideret, quicunque denum sit. In hac curia romana *clericis* tam in causis *spiritualibus*, quam *profanis*: *laici* autem in *spiritualibus* tantum, conueniri possunt in prima statim instantia, modo ibidem reperiantur (quam limitationem *benignitati* sedis apostolicæ tribuunt) nec causam renocandi domum habeant. Rationes haec allegant: tum, quia *Roma*, quoad clericos hodiecum sit communis patria, communis ipsorum Patre, S. Pontifice, ibidem existente: tum, quia curia romana haberet concurrentem cum omnibus dicasteriis ecclesiasticis iurisdictionem. c. 20. X. de *for. compet.* P.

FRAN-

❧

7

speciale, & domicilii. Huius vero, scil. fori *communis*
specialis, plures dantur species, e. g. *contractus*, *de-
lictus*, *deprehensionis*, *arresti continentiae caufarum*, *rei
stiae*, *gestae administrationis*. Forum quod priuilegio
nittitur, dicitur *priuilegium*. Primo vero priuilegium
illud, vel est *ius singulare* certo personarum generi
contra *ius commune* concessum, quod si in iure ro-
mano, canonicou expressum est, *priuilegium in cor-
pore*

FRANCISCVS SCHMIER in *Iurispr. canon. ciuit.* T. II.
c. 3. S. 2. p. FRANCISCVS SCHMALZGRVEBER
in *Iure ecclesiastico uniuers.* lib. 2. tit. 2. n. 27 seqq. p. ADAM
JOSEPH GENECK in *Exam. iur. canon.* lib. 2. tit. 2. qu. I 5.
Causas laicorum ciuiles ipsi excipiunt Catholici, nec aliter pos-
sunt, ob R. I. N. §. 164. Capit. Francisci I. art. 14. §. 4.
Capit. Iosephi II. art. 14. §. 4. confer. *Magnif.* 10. GEORG.
ESTOR in *libello de adpellationibus ad curiam romanam.* Ienae
1751. Quidquid vero apud Pontificios sit, nos tamen
Augst. Confess. addicti vna cum Reformatis, qui feliciter iu-
gum pontificis excussumus, atque ab eius imperio per pa-
cem religiosam, & Osnabrugensem liberati sumus, hoc forum
nullatenus agnoscimus. Quaedam occasione huius fori,
de ambitione, & iniusta arrogancia Pontificis, in transitu
quasi verba excederant, STRVVI in *Exercit. ad Pand.* 9.
th. 16. & MÜLLERO ad h. l. LAVITERBACHIO etiam
in *diss. de domicilio* th. 8. quod adeo indigne tulit SCHMIE-
RIVS, vt in haec impolita verba: *Nec attendi debent, quae
STRVVIVS - - - hac in re contra Pontificem calumniantur.*
*Nam bruta fulmina sunt, ac inania dictoria &c. erumpere
non erubuerit.*



pore iuris clausum nominare solent Doctores; vel est priuilegium in sensu speciali, seu certae personae individuae concessum. Inde ergo diuidi potest *forum priuilegiatum* in *generale & personale*. Secundo priuilegium illud, quo *forum aliquod* constituitur, vel priuilegiato concessum est absque respectu causarum, vel certis assignatum est causis. Inde iterum *forum priuilegiatum* dispesci potest, in *generale & speciale*. *Forum priuilegiatum generale*, quatenus oppositum est *speciali*, locum subintrat *fori domicilii*, & personae eiusmodi priuilegiato foro gaudentes, e. g. clerici, academici, vtruntur *foro domicilii priuilegiato c*). Quemadmodum ergo in *foro domicilii omnibus regulariter actionibus* quis contueniri potest d), ita & idem

de

e) Quod principium cum duabus subiectis conclusionibus iuri saltim romano apprime conueniens, consentiente SCHILTERO in *Prax. iur. rom. Exercit.* 13. in fin. & *Exercit.* 30. th. 138. latius deductum est a MAGNIF. DN. PRAESIDE in den rechtlichen Gedanken von der Gerichtsbarkeit der Universitaeten, besonders der Universitaet Giesen, in realibus. §. 6. 16.

d) Vtrum in *foro domicilii omnes actiones institui queant?* antiqua est inter Doctores controversia, aliis illum, aliis hunc excipere voluntibus casum. Consule, si tua interest, *Controversiarum scriptores*, *Compendiarius & Commentatores* ad tit. X. de *foro competenti*, & tit. D. de *indictis*, adde HVG. DONELLVM in *Comment.* de *Iure civil.* l. 17. c. 17. HERMANN VULTEIVM in *Commentar.* ad *tirulos C.* de *iurisdict.* &



de foro priuilegiato generali pronunciari meretur e). Quemadmodum vero forum domicilii, fora communia specialia, e. g. rei sitae &c, non excludit, ergo & idem valere debet de foro priuilegiato generali f).

B

§. III.

& foro compet. p. 340. seqq. Perill. PVEENDORF in Obs. iur. zniu. T. I. obs. 113. ARNOLD. VINNIVM in Quaest. select. l. I. c. 18. HENR. de COCCEII in diss. de fund. in terris. & plur. locorum concurr. potest. tit. 4. §. 2. seqq. Mea ex sententia forum domicilii in quacunque causa fundamental est, nisi exemptione clare probetur, qualis ne quidem in l. I. C. ubi de ratiocinis agnosc.

- e) Ergo clerici & academici ciues etiam in realibus causis forum coram consistoriis, & academis sortiuntur, ideoque actor e. g. in actione reali contra clericum, electionem fori habet, vtrum ea instituire velit coram foro priuilegiato, an coram foro rei sitae: nisi huic alterius consistorio, aut academiae, statutis, lege vel observatione iurisdictio in realibus sit denegata. Quod aliquibus in prouinciis factum est. Exempla occurruunt apud PVEENDORF in Introd. ad Process. P. I. c. 3. §. 10. BOEHMER in l. E. p. T. I. lib. 2. tit. 2. §. 58. Miror sane, ill. GEORG. LVDOV. BOEHMERVM in Princip. iur. can. §. 278. affirmasse, quod iurisdictio ecclesiastica in caussis clericorum & personarum ecclesiasticarum personalibus tantum, non vero in realibus, fundata sit. Neque apud Catholicos, neque apud nos, adsensum meretur haec sententia. Exinde enim, quod in quibusdam prouinciis consistorioris iurisdictio in realibus clericorum caussis denegata sit, regula generalis excupi nequit.
- f) Quaestio: vtrum clerici in foro rei sitae seculari conueniri queant



§. III.

VEL EX PROPRIA, VEL EX ALTERIUS PERSONA.

FORVM quis sortitur, vel ex *propria*, vel ex alterius persona. Quinam vero generatim sint illi, qui ex alterius persona forum sortiuntur, iam non attinet exponere ^{a)}. Hoc interim extra omnem controuersiam est inter eas personas, quae ex alterius

queant secundum ius canonicum [?] tacta est in allegatis rechtl. *Gedanken* §. 5. & in diuersas sententias eunt iuris canonici Interpretes & Doctores catholici. vid. HENRICVS ZOESIVS in *Comment. ad Decretal.* lib. 2. tit. 2. n. 6. 24. IDEM ad *Digesta* tit. de *indiciis* n. 79. p. ROBERTVS KOENIG in *Princip. iur. can.* lib. 2. tit. 2. n. 30. P. LUDOV. ENGEL in *Coll. iur. canon.* lib. 2. tit. 2. n. 40. ZEGER. BERNARD. van ESPEN *Oper. T. I.* p. 3. tit. I. c. 4. n. 13. seqq. P. FRANCISCVS SCHMIER in *Iurispr. canon. civil.* Tom. II. c. 3. S. 2. §. 3. n. 231. seqq. P. FRANCISC. SCHMALZGRVEBER in *Iur. eccl. vniuersit.* lib. 2. tit. 2. n. 50. 79. seqq. P. ADAM IOSEPH GRENECK in *Exam. iur. canon.* lib. 2. tit. 2. n. 19. In Germaniae tamen, etiam catholicis, territorii fere vniuersaliter receptum est, ut clericus iudicis rei sitae secularis iurisdictionem in realibus causis agnoscere debeat.

^{a)} Vide, si placet, VMMIVM in *Disput. ad Process.* 4. thes. I. n. 6. LAVTERBACH in *Coll. th. pr.* lib. 5. tit. I. §. 57. FRANZKIVM in *Comment. ad Pand.* lib. 5. tit. I. n. 8. seqq. COCH in *Prax. for. germ.* P. I. c. 2. §. 2. seqq. 10. HENR. BOETTICHER *diff. de foro ex alterius persona competente.* Helmstad. 1694.



rius persona; forum sortiuntur, referendum esse *heredem*; sed quando, & quibus in casibus hoc obtineat, largissimam nobis praebet disputandi materiam.

§. IV.

HERES.

HERES termino generatim sumto, est *successor in universum ius transitorium, quod defunctus habuit a)*. Quem vero lex ipsa *civilis* ad hereditatem vocabat, speciatim & proprie dicebatur *heres*; cum e contra *is*, qui *Praetoris edicto*, aut *Constitutione Principis*, callida *Praetoris consilia* sequentis & vocabulo *bonorum possessionis*, ad auram populararem se accommodando, utentis, ad hereditatem vocabatur, appellatus *est bonorum possessio b)*. Sub herede ergo *uniuersalem*


B 2

lem

a) *VICAT in Vocabul. iuris utriusque v. heres.*

b) Non alienum erit ab hoc loco, pauca de definitione, & vera differentia *bonorum possessionis edictalis & decretalis* adferre, quoniam, mea ex sententia, *communis doctrina* a vero abludit. Putant vulgo definitionem *VLPIANI* in L. 3. §. 2. D. de *bonorum possessionibus*, quod si *ius persequendi, retinendique patrimonii, sine rei, quae cuiusque, cum moritur, fuit, esse definitionem bonorum possessionis in genere*, ideoque statuunt, in quacunque bonorum possessione dari verum *ius hereditarium*, quoad effectum, licet non quoad nomen, ideoque *ius hereditarium*, quod ex iure ciuili descendit, & *bonorum possessionem*, tantum differre quoad causam efficien-

tem.



lem intelligimus successorem, qui vel hereditatem obtinet immediate, nulla scil. ab alio facta restitutio-

rem ibi modis adon. meritisque aene,

*tem. Et quum bonorum possesso in editalem & decretalem diuidatur, rem ita concipiendam esse arbitrantur, vt si fine causae cognitione detur, editalis, si vero causa cognita concedatur, decretalis sit bonorum possesso. Ita ad vnum omnes, vid. ill. NETTELBLADT in *System. iurisprud. positiv.* T. II. §. 788. III. HELLFELD in *iurisprud. forensi lib.* 37. tit. I. §. 1598. & 1601. Excell. MADHHN in *Institut. iur. civil.* lib. 2. tit. 15. §. 270. seqq. Sed, aut omnia me fallunt, aut haec vera non sunt. Liceat igitur meam proferre sententiam. Primo: definitionem VLPIANI supra relata de sola bonorum possessione editali accipiendam esse puto. Secundo: in titulo Institutionum & Digestorum de bonorum possessionibus, & de possessoria hereditatis petitione pri- mario, & fere tantum de B. P. editali, agi coniicio, vid. modo §. 2. Inst. de P. Rem igitur sic concipiendam esse reor.*

Bonorum possesso in genere est ius, quod praetor, lexue noua ad praetoris similitudinem in hereditatem concedit, iure civili incongitum. (Verb. incognitum ipse Imperator IVSTINIANVS vtitur in pr. I. de B. P.) Nunc hoc ius vel iuri hereditario ciuli quoad effectum est simile, ideoque ab eo nomine tantum differt, (quia heres, hereditas, ius hereditarium, leges erant nomina. Praetor autem legem facere nequit §. 2. I. de B. P.) vel quia tantum, vsque dum id, quod in dubio haeret, eo vacare desinat, hereditatis possesso, ex praefato iure hereditario ad effectum alimenta ex hereditate percipiendi conceditur. Si prius editalis, & si posterius decretalis erat bonorum possesso. Igitur primo definitio, quae vulgo

ne, vel mediante restituzione ab alio facienda; si prius heres dicitur directus, si posterius heres fideicommissarius

B 3 ius

vulgo de B. P. in genere datur, valet tantum de *edictali*, secundo bonorum tantum possessio *edictalis* tribuit verum ius hereditarium, non autem *decretalis*. Per abstractionem veritas harum definitionum euinci potest. Dicunt omnes, *decretalis* esse duas species, scil. ex *edicto Carboniano*, & *ventris nomine*. In utraque autem verum ius hereditarium non conceditur: nam si postea impubes, cui status & hereditatis controversia mota est, spurius esse probatur, praetor illi amplius non adfisit. Eodemque modo res se habet quoad bonorum possessionem decretalem ventris nomine. Nec legibus destituirur, sententiam nostram corroborantes, vide modo l. 3. §. 13. 15. l. 5. §. 1. de *edicto Carboniano*, & tot. tit. de *ventre in possessionem mittendo*. E contra in B. P. *edictali* conceditur verum ius hereditarium etiam illis personis, quibus ex iure ciuili notorie nullum competit. Deinde differentia specifica, quae in causae cognitione & decreto ponitur, plane ad essentiam non pertinet, nec rem dilucide explicat. Etenim & in *edictali* B. P. *decreto* opus aliquando fuit, vt si pupillus, tutorem non habens, petebat B. P. *edictalem* l. 18. §. 4. C. de *iure deliber.* l. 7. C. qui admitti ad bonor. poss. aut olim furiosus l. 2. §. 11. D. ad SC. *Tertull.* l. 7. §. 3. C. de *curat. furios.* Hoc quidem verum, in *decretali* B. P. semper interuenisse decretum, sed hoc ideo siebat, quia si contradicitor non occurrebat, decretum atque haec B. P. *decretalis*, tunc saltim necessaria, si lis impuberi, vel ventri intendatur, cessabat. l. 6. §. 3. D. de *Carbon. edito*, l. 1. §. 14. de *ventre in possessionem mitti*. Itaque aut B. P. quae dabatur ex *edito Carboniano*, & ad exemplum

plum



rius vniuersalis, quem BERGERVS aliique c) diuidunt iterum, in vniuersalem & particularem. Excludimus ergo fideicommissiarum singularem, qui heredis nomine venire nequit, vt pote secundum constitutiones IVSTINIANI legatario in omnibus similis d). Hoc annotasse opus est, quod quae in hac commentatione de herede dicentur, tam ad directum quam fideicommissiarum scil. vniuersalem particularem, tam ad heredem, quam ad bonorum possessorum regulariter applicanda sint, nisi disparitas rationis contrarium aliquando suadeat.

Nota. Heredem sumi, vel pro persona *physica*, vel pro persona *moralis*. Plures personae physicae constitutere possunt vnam personam moralē, ergo & plures personae physicae

plum editi Carboniani ex edito de ventre in possessionem mittendo, non sunt species B. P. *decretalis*, aut falsa est communis doctrina, & vulgares definitiones contradictionem inuoluunt. Inter innumerous, quos euolui Doctores, vnicum nec tamen omni ex parte consentientem, & in eo praeципue, quod definitionem B. P. *legalem*, pro definitione generis adsumat, lapsum, reperire licuit, VLRICVM HVERVM in *Praelect.* ad D. lib. 37. tit. I. §. 3. & in *Posit. iuris* eod. tit. §. 10. Integrum B. P. doctrinam eiusque usum hodiernum ex professo exponet MAGNIF. DN. PRAESES in singulari, mox prelo subiiciendo, libello.

c) In *Oeconom.* iuris lib. 2. tit. 4. §. 32. n. I. confer. ill. IOACH. ERDM. SCHMIDT in *diff. de fideicommiss.* quae alienari possunt & non possunt. §. 9. n. I.

d) §. 3. Inst. de legat. l. 2. C. comm. de legis & fideicom.



ficæ simul hereditatem obtinere possunt; per consequens plures quis potest habere heredes physice suntos, & vnum tantum heredem moraliter acceptum. Quae ideo inter se non pugnant.

§. V.

FORVM HEREDIS GENERATIM.

VT vero nunc ad rem principalem propius accedamus, & vt disputatio nostra ordine procedat, iam e re erit, singula generatim disponere, vt, quid quovis in loco tractandum veniat, statim in ingressu perspici queat. Fingamus *Menium*, qui heres *Titii* est, esse conuenientum: tunc vel actio nobis contra illum sub respectu heredis, vel sine hoc respectu competit; si priorem casum sumimus, vel actio contra defunctum *Titium* iam fuit radicata, a) i. e. ius nobis iam quaesitum est contra defunctum; vel actio contra defunctum nondum fuit radicata, i. e. obligatio initium sumvit a persona heredis.

§. VI.

FORVM HEREDIS IN ACTIONIEBUS CONTRA EVM SINE RESPECTV, QVOD SIT HERES, COMPETENTIBVS.

IN Eiusmodi sane actionibus, quae contra heredem, non qua *talem*, sed sine illo plane respectu alii cui

a) Vti loquuntur BARBOSA, LAVTERBACHIYS, aliisque, locis infra excitandis.



cui competit, nullam fori defuncti, *qua talis* a), habendam esse rationem, sed forum secundum principia iuris aduersus heredem, per se & absque hac qualitate competens, eligendum esse, de eo dubitare nihil nos patitur b). Idem etiam de *realibus* in res hereditarias competentibus, & contra defunctorum iam radicatis actionibus, affirmari posse censeo. Licet enim hae actiones etiam contra defunctorum, qui has res possedit, institui potuerint, id tamen nil refert cum eiusmodi actiones instituantur contra heredem, non *qua talis*, sed *qua praesentem rei possessorem* c). Ideoque eiusmodi actio realis contra unum ex pluribus heredibus, qui possidet rem, recte instituitur, nec exceptio plurium heredum locum habet d). Simili ratione libellus actionis realis contra heredem absque mentione *possessionis* conceptus, viatio laborat, meritoque reiiciendus est e).

§. VII.

- a) Certe enim, si heres idem cum defuncto iam *per se* habuit domicilium forum, nullum plane est dubium, quin ibi conueniri possit, 10. GOTTER, SCHAVMBVRG in *Compend. iur. Digest.* lib. 5. tit. I. §. 27.
- b) IAC. FRID. LVDOVICI in *Doctrine Pandect.* lib. 5. tit. I. §. 15.
- c) 1. 42. l. 51. l. 52. D. de *Rei vindicat.*
- d) 1. 55. D. de *rei vind.*
- e) IOAN. OLDENDORP in *Progymn. action. forens.* Clas. 3. act. 2. n. 5. p. m. 294. IVST. HENNING. BOEHMER de *Action.* S. 2. c. 2. §. 8.

§. VII.

FORVM HEREDIS IN ACTIONIBVS, QVAE NON SOLVM CONTRA DEFVNCTVM IAM EVERVNT RADICATE, VERVM BTIAM CONTRA HEREDEM, SVB RETRIBUENDIS SPECTV HEREDIS, DANTVR.

QVOD vero ad eas attinet actiones, quae, tum contra defunctum iam fuere radicatae, tum *sub qualitate heredis* contra heredem dantur, primario vindendum est: vtrum a defunto iudicium iam sit acceptum, an non?

S. VIII.

ET iam accepto quidem a defuncto iudicio,
heredem, cuiuscunque demum conditionis sit a),
forum sequi defuncti, adeo, ut instantia transeat in
heredem, processusque reassumentus sit in eo statu,
in quo est, omnes concedunt, nemque est, qui
dil. C. nega-

a) Sunt tamen, quod non mireris, inter pontifices Doctores, qui & hic clerus eximere cupiunt, ab aliis tamen, suae religionis conforibus, iam refutati; vid. in utramque partem fuse disputans P. FRANCISCVS SCHMIDT in *Iurisprud. canon. ciuili* T. II. tr. I, c. 3. 8. 6. §. 2. n. 206. seqq. HENRICVS ZOESIVS in *Comment. in ius canonicum* tib. 2. tit. 2. n. 26. ERASMS à CHOKIER de *iurisdictione ordinarii in exemptione* P. 2. qu. 19. ANDR. GAIL. lib. 1. obs. 37. n. 8. seqq. FRANCISCVS SCHMALZGRÜEBER in *Iure canonico* D. 1. 2. 4. 2. ad *exemptionem in ecclesiis*.



negare audeat b). Quis enim tam atdax foret, vt
apertissimis vim inferre, praesummat legibus c). Si is,
IAVOLENVS scriptit d) qui Romae iudicium accep-
rat, decepsit, heres eius, quamvis domicilium trans mare
habeat, Romae tamen defendi debet: quia succedit in
eius locum, a quo heres relictus est.

S. VIII.

SI IUDICIVM A DEFVNCTO NONDVM ACCEPTVM.

NONDVM vero a defuncto in eiusmodi actio-
nibus accepto iudicio, si quaeritur: vtrum heres pos-
sit in eodem foro, quo defunctus potuisset, conueniri?
vlterius distinguendum arbitror, inter forum defun-
cti generale & speciale. (§. 2.)

§ X.

eccl[esi]a, q[ui]nq[ue] lib. 2. tit. 2. n. 15. in f. ARNOLD, CORY-
NVS in iure canon. lib. 3. tit. 4. §. 7. in f. conf. IVST.
HENNING. BOEHMER in i. r. p. lib. 2. tit. 2. §. 56. &
ill. GEORG. LVDOV. BOEHMER in princ. iur. can. lib.
2. S. 3. tit. 6. §. 278. n. 5.

b) PETR. BARBOSA c. l. n. 24. LAVTERBACH in Coll. th.
pratt. lib. 5. tit. 1. §. 57. & omnes, quos excitaturi sumus
in sequentibus, Doctores.

c) l. 30. D. de iudiciis c. 19. X. de for. comp[ar]t. clem. 2. vt lite
pend.

d) l. 34. D. de iudiciis ibique BRVNNEMANVS. Inter priu-
legia fisc[orum] referre quidam solent, quod instantia in illum
non transeat, ob l. 24. §. 7. D. soluto matrim.

§. X.

VTRVM HERES IN FORO DEFUNCTI GENERALI
CONVENIRI POSSIT?

FORVM defuncti generale hodie a) vel est forum originis speciale b), vel domicilii ordinarium vel domicilii priuilegium c). (§. 2.) Ergo videndum primo est de foro originis speciali & domicilii ordinario quia inter vtrumque, in hoc passu, nulla occurrit differentia.

C 2 §. XI.

a) Forum enim originis generale supra iam e Germaniae foris relegatum est §. 2.

b) Scio omnia, quae de foro originis speciali, tam ex iure romano, quam ex iure germanico, à MEIERO in Collegio Argent., FRANZKIO, LAVTERBACHIO, TITIO, STRYKIO, HVBERO, SCHILTERO, VOETIO, NOOTDIO, HEINNECCIO, & centum aliis, in diuersis partes dici solent. Interim hunc scopulum offendere necessitas iam nulla nos vrget. Hoc saltem addere licet, me adsumere, vt defunctus in foro originis speciali usque ad mortem substiterit, nec domicilii forum sibi parauerit. Adquisito enim foro domicilii forum originis speciale quoad iurisdictionis competentiam expirare, yno ore omnes hodie facentur.

c) e. g. clericorum, ciuium academicorum forum priuilegium §. 2.

§. XI.

ET QVIDEM IN DEFUNCTI FORO ORIGINIS SPECIALI
AVT DOMICILLI ORDINARIO?

AT enim uero vehementissima est inter Doctores disceptatio, utrum actiones, contra defunctum iam radicatae, & contra heredem, sub hac qualitate, competentes, in quibus tamen cum defuncto iudicium nondum est acceptum, in foro defuncti originis speciali, aut domicillii ordinario recte queant institui? Proponam ergo varias ICTorum de hac quaestione opiniones, & meam tandem qualemque subiiciam sententiam.

§. XII.

OPINIO EORVM, QUI SIMPLICITER ID

ADFIERNANT, est, quod non solum locum, afferentes, posse heredem in foro domicillii defuncti actionibus contra defunctum radicatis, & contra heredem, qua talen, competentibus, conueniri, licet heres proptrium domicilium ibi non habeat, nec ibi reperiatur, nec bona possideat; adeo, ut nullum ipsius heredis obstat fori priuilegium; ideoque & clericum laici successorem in his actionibus iudicis secularis iurisdictionem agnoscere oporteat. Familiam ducit, locupletissimus huius sententiae pro-



propugnator, PETRVS BARBOSA *a*), quém sequuntur WOLFG. ADAM LAVTERBACH *b*), GEORG. FRANZKIVS *c*), FERDIN. VASQVIVS *d*), ILICO VMMIVS *e*), HVGO DONELLVS *f*), HENRICVS MAHNIVS *g*), CHRIST. HENR. FREIESLEBEN *h*), IO. EMERICVS a ROSBACH *hh*). Arcem causae suae ponunt in l. 19. pr. D. de iudiciis, quae huius est tenoris: *Heres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, & conuenientius, si ibi immeniatur NVLLOQVE suo proprio priuilegio excusat*. Deinde provocant ad l. 177. pr. de R. I. qui in ius, dominium vel alterius succedit, iure eius uti deberet. Addunt insuper, heredem defuncti personam repraesentare, atque ex eo auctoritate sequuntur.

C 3

- a)* in Commentario ad interpretationem tituli D. de iudiciis edito à PETRO BARBOSA de LVNA, Francos. 1729. fol. pag. 293. seqq.
- b)* in Collegio theor. præcl. lib. 5. tit. 1. §. 57. IDĒM in diff. de domicilio, quac extat in Vol. II. dissert. n. 72. thes. 70. seqq.
- c)* in Comment. in Dig. lib. 5. tit. 1. n. 9. seqq.
- d)* de Success. T. I. §. 22. n. 7.
- e)* in Disput. ad process. iudiciar. 4. th. 1. n. 6.
- f)* in Comment. de iure ciuilis lib. 17. c. 11.
- g)* in notis ad WESENDEC. lib. 5. tit. 1. n. 16.
- h)* in SCHÜZIO ill. tit. de iudiciis T. I. pag. 104. & T. II. p. 354. not. 1679.
- hh)* in Process. iudic. tit. 1. n. 68.



huius persona defuncti obligationem neque mutari,
 neque creditorum conditionem, qui defunctum in
 illo foro conueniri potuissent, deteriorem fieri posse,
 quoniam, ut censuit PAVLLVS ⁱ⁾, ex persona here-
 dum conditio obligationis non immutatur, interim cre-
 ditoribus hereditariis non tantum actiones, sed etiam
 ius in loco, in quo defunctus domicilium habuit,
 easdem exercendi, & in iudicium deducendi esse
 quaesitum; denique vrgent rationem decisionis l. 34.
 D. de iudiciis, in eo positam; quia succedit in eius
 locum, a quo heres relictus est, quae in heredem,
 nondum accepto etiam a defuncto iudicio, quadra-
 ret; per consequens, eadem legis decisionem in
 utroque casu statuendam esse. Suppeditabimus nos
 quoque, ne villo modo suspecti videamur, corrobo-
 randae huius sententiae gratia, argumentum ex l. 2.
 C. de iurisdictione Iuris ordinem converti postu-
 las, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur:
 nam ubi domicilium reus habet, VEL TEMPORE
 CONTRACTVS HABVIT, LICET HOC POST-
 EA TRANSTVLERIT, ibi tantum eum conueniri
 oportet. Ex qua lege omnino videtur consequi, ne
 ipsum quidem defunctum in praeiudicium creditoris
 potuisse mutare domicilium, sed potius forum do-
 mici, quod debitor tempore contractae obligatio-
 nis habuit, semper manere competens, idemque
 ergo

ⁱ⁾ in l. 2. §. 2. De de V. O.



ergo eo magis in herede valere. Nec diffitemur, tum praeclarissimos ICtos verba huius legis, prout iacent, accipienda esse, defendisse k) tum secundum literam huius legis iudicasse *summum tribunal Cellese*, referente *Perill. FRID. ESAIA PVFENDORFL*, quia tamen, quod mirum nos omnino habet, huius legis nullam plane mentionem fecit.

S. XIII.

OPINIO EORVM, QVI PRIOREM SENTENTIAM LIMITANT: NISI HERES FORI PRIVILEGIO GAVDEAT IN CORPORE IVRIS CLAVSO.

SVNT vero alii, priorem quidem sententiam pro regula adgnoscentes, afferentes tamen, eam limitationem pati: *si heres gaudeat tali fori praescriptione, quae in iure expressa esset, aut, vt loqui amant, si heres fori priuilegium in corpore iuris clavsum habeat, e. g. clericus.* Tam altas etiam, praesertim in *regno Pontificis*, haec opinio egit radices, *vt ipse PETRVS BARBOSA* a), huiclicet non adhaerens sententiae, non diffiteatur tamen, receptam eam esse a *Legiftis & Canoniftis, clericum here-*

k) FRANCISCVS DVARENVS in *Comment.* in tit. de *Iudiciis.* Operum pag. 167. HENR. de COCCEII in *diff. de fundata in territorio,* & plurium locorum concorrente potestate tit. 4. §. 8. IO. GOTTL. HEINECCIVS in *elem. iuris ciuilis sec. Ord. Pand. lib. 5. tit. I. §. 31. not. ** n. 2.

l) in *Observat. iur. uniuers. T. II. obs. 149.*

a) c. l. n. 114.



heredem non posse conueniri coram iudice *seculari*, co-
ram quo tamen poterat defunctus conueniri. Adsti-
pulantur huic sententiae CARDINALIS de LVCAA^a),
ERASMVS a CHOKIER^b), HENRICVS ZOESIVSC^c),
TOBIAS PAVRMEISTER a KOCHSTET^d), AN-
DREAS GAILIVS^e) PETRVS COSTALIVS^f),
P. FRANCISCVS SCHMIER,^g) Rationes adfe-
runt sequentes. *Prima*: heredem quidem secundum
l. 19. pr. D. de *iudiciis* conueniendum esse in loco, in
quo defunctus debuit, non autem in illa lege dici,
quod coram eodem iudice teneatur respondere, ideo-
que clericum heredem contueniri quidem posse in
eodem loco, in quo defunctus debuit, attamen co-
ram iudice illius loci *ecclesiastico*, non vero *seculari*;
quoniam clericus ab huius iurisdictione omnino sit

exem-

- a)* qui hanc opinionem in toto orbe catholico receptam esse
tradit in *tr. de iurisdic.* disc. 48. n. 17.
- b)* in *tr. de iurisdictione ordin.* in *exemptos* P. 2. qu. 18. P. 4. q. 46.
n. 5.
- c)* in *Comment. in ius canon. univers.* lib. 2. tit. 2. n. 27. & in
Comment. ad Digesta lib. 5. tit. 1. n. 72. in f.
- d)* de *iurisdictione imp. rom.* lib. 2. c. 4. n. 92. seq.
- e)* in *Observat.* lib. 1. obs. 37. n. 10.
- f)* in *Aduersariis ad Pandectas* ad l. 19. D. de *iudiciis* P. 2. p.
171.
- g)* in *Iurisprud. canon. ciuili* T. II. tr. I. c. 6. §. 2. n. 204. seq.
& plures ab eo excitati *Canonistae*.



exemptus. *Secunda*: item contra clericum inchoari ex causa quidem defuncti, nomine tamen proprio se defendantem, cuius ideo inspicienda qualitas. *Tertia*: in dicta lege intelligi *proprium & speciale hereditatis priuilegium*, non vero fori priuilegium *commune* & in corpore iuris clausum, utpote quod ob excellentiā & exuberationem suam sub generali dispositiōne non comprehendatur: quoties enim lege vel statuto priuilegium tolleretur hoc modo: *non ostiante, intelligi, nisi sit iure consignatum.* Et ita interpretanda esse verba *VLPIANI*: *nulloque suo PROPRIO priuilegio excusat*.

§. XIII.

OPINIO EORVM QVI, PRAESENTE IN FORO DOMICILIIS DEFUNCTI HEREDE, IBI EVM CONVENIRI POSSE STATUVNT.

HIDEM quoque Doctores, ZOESIVS, COSTALIVS, quibus eatenus ad sensum suum non denegarunt IO. BRVNNEMANNVS^{a)}, & IOAN. VOETIVS^{b)}, heredis, nullo fori priuilegio in corpore iuris clauso gaudentis, *praesentiam* tamen in foro domiciliis defuncti exigunt, si quis eum in foro illo conuenire velit. Praecipue hic pertinet, quae silentio

D inuol-

- a) in *Comment. ad Pandect.* ad l. 19. D. de *iudiciis* n. 4.
- b) in *compendio iuris pandect.* lib. 5. tit. 1. §. 19. à se ipso tamen dissentiens vid. §. 16.



inuoluenda non est, opinio acutissimi ICti 10. HENR.
N. D. de BERGER c), quam his proposituit verbis:
Huc referenda est quaestio. *Virum heres, lite cum defuncto nondum coepta, in eiusdem defuncti foro conueniri possit?* D. D. communiter aiunt. -- Quae quidem sententia sic accipienda est: modo heres in foro defuncti reperiatur: ita ut ad eum citatio immediate peruenire possit. Alioquin absens in eodem foro stare non aliter debet, quam 1) lite contra defunctum coepta 2) citatione in subsidium i. e. per requisitionem ordinarii magistratus facta. *Quod si tum non defendatur heres, actor in possessionem bonorum hereditariorum mittetur.* Ita enim VLPIANVS l. 19. pr. de iud. heres absens ibi (lite aduersus defunctum coepta) defendantur est, ubi defunctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur. Et IAVOLENVS l. 34. eod. si is, qui Romae iudicium accepit, decepsit: heres eius, quoniam domicilium trans mare habet, Romae tamen defendi debet: quia succedit in eius locum, a quo heres relictus est. VLPIANVS duos casus distinguuit: alterum, cum lis sit cum defuncto coepta; alterum, ubi lis nondum coepta sit. Priore ait, heredem, quoniam absens sit, in foro defuncti defendantur esse. Enimvero casum, quem dixi, aperte non exprimit VLPIANVS: quin tamen de eo senserit, ideo dubitandum non est, quod IAVOLENVS l. seq. 34. lucide eundem prae-

c) in Suppl. ad E. D. F. P. I. p. 19. & in Occ. Iur. lib. 4. tit. 4. §. 3.



praestruat verbis: si is, qui Romae iudicium acceperat, &
praeterea verbo: defendi, pariter utatur: ut indicet, sibi
cum VLPIANO in eodem quidem capite conuenire.
Posteriori casu VLPIANVS conceptis verbis tradit, tum
derum heredem in foro defuncti conueniendum esse, si
quidem ibi inueniatur: &c.

§. XV.

OPINIO EORVM, QVI HEREDEM IN FORO DOMICILII
DEFVNCTI TVNC CONVENIRI POSSE PVTANT,
SI HEREDITAS ADHVC INDIVISA SIT.

DANTVR alii eximiae eruditionis Doctores,
qui heredem in foro domicilii defuncti tunc conue-
niri posse statuunt, si hereditas adhuc in diuisa sit. Hanc
in sententiam eunt SAMVEL STRYK^a), IO.
GEORG. FLECK^b), IAC. FRID. LUDOVICIC^c),
EPHRAIM GERHARD^d), IOH. GOTTFR.

D 2 SCHAVM-

- a) in Notis ad LAVTERBACH. p. 196.
- b) in Bibliothec. iur. civil. lib. 5. tit. 10. §. 41.
- c) in doctrina pandectarum lib. 5. tit. 1. §. 15. & in der Einleitung
zum Consistorial-Proces, Cap. 5. §. 6.
- d) in delineat. iur. civil. lib. 5. tit. 1. §. 74.
- e) in Compend. iur. Digest. lib. 5. tit. 1. §. 27.



SCHAUMBVRG e) Ill. IO. AVG. HELLFELD f).
Pro stabilienda hac sententia allegant l. 19. pr. & 34.
D. de *iudiciis*.

§. XVI.

OPINIO EORVM, QVI HEREDEM IN FORO DOMICI
LII DEFVNCTI, IVDICIO A DEFVNCTO NONDV
ACCEPETO CONVENIRI POSSE PLANE
NEGANT.

PLVRIVM & praesertim recentiorum Doctorum
applausum méruit ea grauissimorum ICtorum senten-
tia, qui *iudicio nondum a defuncto accepto* in foro do-
mici defuncti heredem, licet ibi vel maxime praes-
fens sit, aut bona possideat, aut etiam hereditas ad-
huc indiuisa sit, conueniri posse plane negant, &
prooemit l. 19. D. de *iudiciis* ex l. 34. eod. interpre-
tandum, atque de casu, accepti iam a defuncto iudi-
cii, intelligendum esse contendunt. Subscribunt
huic sententiae GEORG. ADAM. STRVVIS a),
PETRVS MÜLLERVSB), NIC. CHRIST. L. B.
de

f) in *Iurisprud. forensi*, lib. 5. tit. 1. §. 514.

a) in *Syntagma iur. civil. Exercit.* 9. thes. 36.

b) in *Addition. ad Stru.* cit. thes.



de LYNKER^c), GEORG. BEYER^d), GEORG. EN-
GELBRECHTE^e), IOAN. VOETIVS^f), vide tamen
§. 20. IOH. BALTHAS. a WERNHERG^g), CHRIST.
GOTTL. WOLFF^h), IOH. GOTTL. HEINEC-
CIVSⁱ), IVST. HENNING. BOEHMER^k), IOH.
IOACH. SCHOEPFER^l). Argumenta sunt haec:
Domicilii tum constitutionem, tum continuationem,
a voluntate hominis pendere; esse quid personale,
ac morte personae evanescere, quia morte cessat vo-
luntas, ac per id etiam tolluntur ea, quae ab illa
pependerant voluntate, ideoque domicilium ad he-
redem non transire, nec creditores ius quaeſitum
habere defunctorum in domicilio suo conueniendi,
cum defunctus absque creditorum suorum consensu
domicilium suum mutare potuerit, vt creditores, si
defunctum in loco domicilii voluissent conuenire,

D 3

coacti

- e) in *Analect. ad Struvium*, p. 97.
- d) in *Posit. ad Pand. lib. 5. tit. I. pos. 116.*
- e) in *Compend. Iurisprud. lib. 5. tit. I. §. 12.*
- f) in *Comment. ad Pand. lib. 5. tit. I. §. 102.*
- g) in *Obs. for. T. I. P. I. in suppl. nou. ad Obs. 305. n. 30.*
- h) in *Syntag. iur. eccles. P. I. p. 495. seq.*
- i) in *ELEM. IUR. CIV. SEC. ORD. PAND. lib. 5. tit. I. §. 31.*
- k) in *Introd. in ius Dig. lib. 5. tit. I. §. 23.*
- l) in *Synopsi iur. priuat. lib. 5. tit. II. 31.*



coacti fuerint, in novo domicilio conuenire eundem; denique repugnantiam inter leges non statuendam, sed obscuriorum ex clariori, proin l. 19, pr. ex l. 34. D. de iudiciis explicandam esse.

§. XVII.

OPINIO SINGULARIS GERARDI NOODT.

RESTAT adhuc singularis plane, & a nemine, quantum equidem scio, adoptata opinio GERARDI NOODT a), quam, ne aliam *Viro summo* adfixisse videar, ipsiusmet eius verbis referam: *Atque ita est: unusquisque potest in loco priuati domicilii, tam absens, quam praesens, conueniri: nec minus debet ibi conuentus, defendi: alibi non debet: nisi sit heres: nam is a creditoribus hereditariis eo in loco, in quo defunctus conueniri ac defendi debet, licet ipse domicilium ibi non habeat, quam enim succedat in defuncti locum: an habet, cur declinet eius forum, si malit suum? non habet, si nullo eius proprio priuilegio excusat. I. 19. l. 34. l. 45. D. h. t.*

§. XVIII.

OPINIO NOSTRA.

SI nunc, enarratis hucusque variis Iurisconsultorum de hac vexatissima quaestione opinionibus, & nobis

a) in *Commentario ad Digesta*, lib. 5. tit. 1. p. 153. edit. *Oper. Lugduni Batau. 1735.*



nobis nunc, quaenam nostra sit sententia, dicerelicet, eorum sententiam, qui, quod heres in foro defuncti domicilii actionibus contra defunctum iam radicatis, & contra heredem, sub qualitate heredis, competentibus conueniri nequeat, defendunt, nobis videri veriorem, iurisque principiis magis consentaneam diffiteri plane non possumus. Cuius sententiae, ne quis in sola verba eam defendantium nos iurasse putet, primo argumenta, ab aliis iam prolata (vid. §. 16.), strictim attingemus, & quantum in nobis est, exornare magis & firmare studebimus, secundo fundamenta contrariarum opinionum confutare allaborabimus.

§. XVIII.

CVIVS RATIONES EXPOVNVTVR.

ESSE forum domicilii personale quid, morte expirans, & ad heredem non transiens, nemo negat, sed vno omnes ore fatentur ^{a)}). Exinde vero sequi mihi videtur, heredem quoad domicilium non esse unam personam cum defuncto habendam. Et enim heres personam defuncti repreäsentat, quia in eius iura succedit, ergo eatenus tantum eum repreäsentat, quatenus eius successor est, at in forum domicilii heres non succedit, ergo & quoad forum domi-

^{a)} Ipse EAVTERBACHIVS hoc fatetur in cit. diff. th. 70.
PVENDORF Obs. iur. uniuersi, T. III. obs. 156. §. 1.



micili heres defunctum non repraesentat, nec eadem cum illo persona est. Deinde mutare vnumquemque domicilium suo arbitrio posse, ita vt iurisdictioni desinat in posterum esse subiectus, iterum fere omnes largiuntur b), quo etiam respectu *domicilii rationem temporariam esse*, PAPINIANVS obseruauit c). Quae cum ita sint, ego quidem perspicere nequeo, qua ratione probare quis velit, creditorum hereditariorum conditionem fieri deteriorem, si heredem in foro domicilii defuncti conuenire nequeant, iisque ius in forum domicilii defuncti esse quae-
sum. In id enim, quod ab arbitrio meo vnicē pendet, ius quaeſitum alteri nullo modo competere posse, persuasum mihi quidem est. Audias BERGERVM d) sic rationes subducentem: *Quamuis heres repreſentet perſonam deſuncti, neque obligatio deſuncti ex heredum perſona mutetur, tamen intelligendum eſt, hic non tam factō heredis, quam caſu, deteriorem fieri creditorum conditionem.* Mors debitoris inter caſus refertur, quos aequo animo feret creditor. Mors illa mutat perſonam debitoris & ſaepenumero actionem, quae contra vnum initio competebat, non ſine insigni moleſtia cre-

b) l. 31. D. ad *municip.* VOTIVS c. 1. n. 99. ad l. 2. C. de
iurisd. respondebimus §. seq.

c) in l. 17. §. 11. D. ad *municipal.*

d) in *Suppl.* ad E. D. F. P. I. pag. 19.

creditoris, ita ipsomet iure scindit, ut ea contra plures, putta heredes, deinceps debeat intentari l. 6. C. famil. erescund. Pari modo debitor, dum vixit, non prohibebatur, mutare domicilium: quamvis creditores contradixissent: utpote qui mutationem domicilii, quae omni iure permittitur, impedire non possunt, neque in veteri amplius, sed novo domicilio aduersus debitorem experiri queunt.

§. XX.

ARGVMENTA CONTRARA CONFVTANTVR.

SED quamvis omnia haec, ex principiis iuris legitime deducita, non adeo infringere conentur Patroni contrariae opinionis primae; (§. 12.) proemio tamen l. 19. D. de *iudiciis* sententiam suam imprimis muniunt. Itaque, vt hoc ipsorum e manibus torqueamus telum, omnibus contendere debemus viribus. Etenim non placet is nodum soluendi modus, dum l. 19. pr. ex l. 34. de *iudiciis*, explicandum, & de eo casu, si acceptum a defuncto iam fuerit iudicium accipendum esse, aiunt. Verba enim legis: *defendere, conuenire, eiusmodi explicationem plane non admittunt.* Integrum l. 19. adscribemus, vti a TAVRELLIO ex *Florentinis Pandectis* repraesentatur.

IDEM (VLPIANVS) libro sexagesimo ad Edi-
E ctim.



etum. Heres absens ibi defendendus est ubi defun-
 ctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur nul-
 loque suo proprio priuilegio excusat. §. 1. Si
 quis tutelam vel curam vel negotia vel argentariam
 vel quid aliud unde obligatio oriatur, certo loci ad-
 ministravit: & si ibi domicilium non habuit, ibi se
 debebit defendere, & si non defendat neque ibi domi-
 cilium habeat, bona possideri patietur. §. 2. Pro-
 inde & si merces vendidit certo loci vel dispositio vel
 comparauit: videtur, nisi alio loci ut defendere
 conuenit, ibidem se defendere. Num quid dicimus,
 eum qui a mercatore quid comparauit aduena, vel ei
 vendidit quem scit inde confessum prosectorum, non
 oportet ibi bona possideri, sed domicilium sequi eius?
 At si quis ab eo qui tabernam vel officinam certo loci
 conductam habuit, in ea causa est ut illic conue-
 niatur? quod magis habet rationem. Nam ubi sic
 venit ut confessim discedat, quisi a viatore emptis,
 vel eo qui transuebat, vel eo qui πΑΡΑΠΛΕΙ,
 emit: durissimum est quotquot locis quis nauigans
 vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi.
 At si quo constitit, non dico iure domicili, sed ta-
 bernulam, pergulam, horreum, armarium, offi-
 cinam conduxit, ibique distractit, egit: defendere se
 eo loci debebit. §. 3. Apud Labeonem quaeritur,
 si homo prouincialis seruum institorem vendendarum
 mercium gratia Romae habeat, quod cum eo seruo
 con-



contraētum est, ita habendum atque si cum domino
contraētum sit, quare ibi se debet defendere. §. 4.
Illud sciendum est, eum qui ita fuit obligatus et in
Italia solueret, si in prouincia habuit domicilium,
vtribique posse conueniri & hic ē ibi, ē ita ē
Iuliano & multis aliis videtur.

Lectio recta proba, nec a quoquam sollicitata est,
quamuis L. CHARONDAS a) & DIONYSIVS GO-
THOFREDVS b) varia in hanc rem annotauerint.
Sed, vt inoffenso pede interpretanda hac lege pro-
cedere queamus, praemittenda est elegans FRAN-
CISCI DVARENIC c) obseruatio: sed cur mentio de-
fensionis sit in dicta lege, haeres absens, cur non dicit,
vbi conueniendus est, haeres, ibi aduersus eum agendum
esse? Ego animaduerti hunc locum desuntum esse ex
Commentario VLPIANI ad edictum de in possessionem
mittendo D. ex quibus causis in possessionem eatur, nam
inscriptio cuius legis id aperte ostendit, quae habet ex li-
bro 6o, ad edictum. Eadem enim inscriptionem inuenio
in l. 8. D. ex quibus causis in possessionem eatur, vbi ex-
stat edictum quod interpretatur VLPIANVS, ut si non
defendatur reus absens, mittatur in possessionem aduersa-


E 2

rius

a) In Corpore iuris ab ipso edito ad h. I.

b) in Notis ad h. I.

c) c. l. p. 167. Adnotauit & hanc obseruationem CHARON-
DAS ad l. 19. conf. ABRAH. WIELING in Ipridria
refit. p. 285.



rius bonorum eius, qui abest: si defendatur recte boni viri arbitrio non pati hanc coercionem. Totus hic ergo locus ex VLPIANO sumitus est, ad edictum de in possessionem mittendo, quod propositum fuit aduersus absentes: quia tamen ad praesentes etiam pertinet, vixum est TRIBONIANO caput hoc, haeres absens, collocare etiam sub titulo: ubi quis agere vel conueniri debeat. Deinde eam fouemus sententiam: Iure Pandectarum d) forum contractus non aliter sive competens, quam si debitor ibi inueniatur, aut bona ibi habeat, in quae possit, eo absente, iudicis auctoritate missio impetrari. Saltim in iure canonico e) fundata, & in praxi f) recepta est, haec opinio. Interim nec de iure

- d) quidquid demum sit de iure Nouellarum vid. Nou. 69. c. I.
 e) C. I. de foro compet. in 6. ENGEL in Coll. iur. can. lib. 2. tit. 2. n. 23. seq. SCHMALZGRVEBER c. I. n. 30. seq. KOENIG c. I. n. 34. seq.

f) Consuli possunt de foro contractus omnes Doctores, qui vel ad tit. Decretalium de foro competenti, vel ad tit. D. de iudicis commentati sunt: videantur tamen prae ceteris, STRYK, STRVVIVS, LAVTERBACH, SCHMIER, ZOESIVS, VOETIVS, HVBER, COCCEII in Iure Controverso, lib. 5. tit. I. qu. 15. FRANZKIVS Resol. lib. 3. resol. II. TITIVS in Iur. priuat. lib. 8. c. II. §. 15. LEYSER, IVST. HEN. BOEHMER in Consult. & Decisl. T. II. P. I. decisl. 156. n. II. 21. GEORG. MELCH. de LVDOLFF in Obs. for. P. I. obs. 15. ill. FRID. ESAL. PVFENDORF in Obs. T. II. obs. 149.

iure canonico nec de praxi iam sermo est. Redeamus ergo ad textum, ex ipsis fontibus explicandum, & non adeo difficile erit probatu, VLPIANVM non solum in tota lege nostra, sed speciatim etiam, & primo in prooemio legis nostrae digitum in forum *contractus defuncti* habuisse intentum g). Perpendamus integrum legem, quoniam, iudice CELSO h), inciuius est, nisi tota lege perspecta, una aliqua eius particula eius proposita, iudicare, vel respondere; & antecedentia ex subsequentibus explicationem accipiunt.

E 3

Heres

g) Subobscure huic interpretationi adstipulantur, prooemium l. 19. ad forum contractus tantum adplicantes, GLOSSATOR. ad pr. l. 19. D. de iudiciis BENED. CARPZOVIVS in Process. tit. 3. art. 2. n. 18. 63. IO. ZANGER de except. c. l. n. 46. IOACH. CHRIST. COCH in praxi for. germ. P. I. c. 2. §. 2. Apertius vero eam tuerit IO. VOETIVS in Comment. ad Pand. lib. 5. tit. 1. n. 102. qui, quamvis relatam in §. 16. sententiam amplexus effet, nec huic tam enfragatur sententiae, ita differens: *vel etiam non inepte dixeris, non illic de loco domicilli defuncti tractari sed magis loco contractus, vel quasi sic ut mens Iurisconsulti sit, heredem absentem: i. e. alibi domicilium souentem, defendendum & conueniendum esse, ubi defunctus debuit, id est, ibi defunctus ad solutionem faciendam obligatus fuit, siue ibi contraxisset, siue ad eum locum destinasset contractus, alibi initii, implementum, si modo ibi immeniatur, nulloque suo proprio privilegio excusat.*

h) in l. 24. D. de LL.



Heres *absens* (nam contra eum missio in bona locum habebat; praesens vero erat conueniens) *ibi defundendus est*, (scil. contra missionem in bona) *ubi defunctus debuit*, (i.e. in foro contractus) & *conueniens si ibi inueniatur* (scil. in foro contractus) *nulloque suo proprio priuilegio excusatur*. Subiicit **VLPIANVS**, vt eo melius intelligi queat, quonam in loco forum contractus sit, exempla plura; denique addit, ex contractibus etiam agi posse in foro domicili de bitoris. Ut vero omnem euellam scrupulum, aperi tiusque probem, **VLPIANVM** in excitato prooemio de foro *contractus*, & non de foro domicili defuncti cogitasse, sic argumentor: In foro domicilii quis conueniri potest, siue sit praesens, siue absens *i).* Igitur, si verum esset, in prooemio nostro de foro defuncti domicilii sermonem esse, illudque in heredem, vnam cum defuncto personam repraesentantem, transire, vt in eo conueniri possit, sequeretur, vt heres ibi conueniri queat, siue absens siue praesens sit. Nunc vero **VLPIANVS** heredem ibi, vbi defunctus debuit, tunc saltim conueniri posse pronun ciat, *si ibi inueniatur*. Ergo **VLPIANI** verba de foro

i) LAVTERBACH in *diss. de domicilio* thes. 56. n. 204.

FRANZKIVS in *Comment.* lib. 5. tit. 1. §. 27. ibique

excitat.

COCCII

in *cit. diss.* tit. 4. §. 2.

NOODT

c. 1.

foro domicilii defuncti intelligi nequeunt. Quum vero, vt antea dixi, iure saltim Pandectarum, forum contractus tunc sit competens, si debitor, aut ibi inueniatur, aut bona habeat, & utrumque casum clarissime loquuntur VLPIANI verba, sane inde conficitur, vt prooemium nostrum de vlo alio, nisi de foro defuncti contractus, accipi neque possit, neque debeat. Haec sufficiente hoc loco, plura enim de foro contractus dicemus in §. 21. Quod porro a ratione decidendi, qua IAVOLENVSK) usus est, arcessunt argumentum, (§. 12.) facile id refellitur, si dicimus, eam rationem saltim obtinere in transitoriis ad heredem: nunc autem instantia tantum, non vero iudicio nondum accepto, forum domicilii defuncti, quia morte illius exspirat, transit, ergo tantum quoad instantiam heres succedit in locum defuncti. Nec argumentum, ex l. 2. C. de iurisd. desumtum, (§. 12.) tanti est momenti, vt forum domicilii defuncti immutabile & perpetuum reddere queat. Posset quidem dici, cit. l. 2. ad casum contractus restringendam esse, sed id tentare opus non est. Magis enim placet responsio HVGONIS DONELLIL), & IO. BRVNNE-MANNIM), & verius etiam est, in illa lege sub foro domicilii, quod quis tempore contractus habuit, intel-

ligentiam in l. 34. D. de iudiciis.

l) c. l. lib. 17. c. 12. ibique OSWALD HILLIGER.

m) in Comment. ad Cod. ad cit. l. 2. n. 7. seqq.

¶ ¶ ¶

ligendum esse, *forum contractus*, vt causa decisionis sit, non quia habuit domicilium illic, quod mutauit, sed quia contraxit, ideoque *domicilii & contractus forum* in vno loco concurrere, nec per verba: *vel tempore contractus habuit*, locum domicilii prioris; *vt talis*, intelligi. Idque probare voculam *tantum*: alias si dicta verba, alium, quam *contractus initio*, locum denotarent, sequeretur, aut non duos esse locos conueniendi reum, sed *tres*, contra verba *rescripti*: aut non posse in loco *contractus* conueniri reum, quod falsissimum. Ita vero per se corruit opinio *secunda* (§. 13.). Si vero tantisper concedimus, heredem in foro domicilii defuncti conueniri posse, is sane nullo suo proprio, ne in corpore quidem iuris clauso, *priuilegio* se excusare posset. Nam vocula *nullo* omnia excludit, nec restringitur per vocem *proprio n.* quia hoc opponitur *defuncti*, & non *heredis*, *priuilegiis* in corpore iuris clavis, quare etiam **VLPIANVS** prouide satis dixit: *svo proprio*. Neque fundamenta *tertiae* opinionis, quam ex **BERGERO** repreaesentauimus (§. 14.), tanti sunt ponderis, vt subrui nequeant; quin imo, ea per antededucta facile refelli posse censeo. Neque enim, in *prima* prooemii nostri *particula sermonem* esse de lite aduersus defunctum coepit, sed *totum* prooemium de casu litis aduersus defunctum nondum coepitae, intelligi.

n. DONELLUS c. I. lib. 17. c. 11.



telligendum, VLPIANVMQVE EX IAVOLENO non explicandum esse arbitror. Distinctionem inter casum litis coptae & non coptae gratis affingit BERGERVS VLPIANO. Nam HIC in vno eodemque casu, scil. litis aduersus defunctum non coptae, statuit, heredem absentem defendendum, scil. contra missionem, & heredem praesentem conueniendum esse. Res in superioribus plenissime iam occupata, & satis abundeque, ut opinor, ostensum est, prooeium nostrum non de foro domicilii defuncti, sed tantum de foro *contractus* accipi posse. Deinde eorum, qui, si hereditas adhuc *indivisa* sit, heredem, in foro domicilii defuncti conueniri posse arbitrantur sententia (§. 15.), nullo solido inniti mihi videtur fundamento. Primo enim leges excitatae l. 19. pr. & l. 34. D. de iudiciis hanc sententiam plane non fulciunt. Secundo non video, quid in praesenti casu referat, hereditas *divisa* sit, an *indivisa*. Quamuis enim hereditas *iacens* defuncti personam repraefentare dicatur *nn*), id tamen de hereditate, qualis iam supponitur, *adita* nusquam legitur, si vel maxime etiam *indivisa* adhuc possideatur. Nec *solam* bonorum in loco aliquo sive immobilium sive mobilium *possessionem* constituere domicilium, indubitate iuris est *o*).

F

Nisi

nn) pr. I. de *stipul. seruor.* l. 61. pr. D. de *adq. rer. dom.*

o) l. 17. §. 13. D. ad *municipal.* WERNHER T. II. P. VII.
obsl. 127. P. IX. obsl. 116.



Nisi eiusmodi territorium cogites, vbi, qualis in Saxonie viget, *Landfassatus* obtinet. Sed tunc partim, siue bona hereditaria immobilia *diuisa* sint, siue adhuc *indivisa* possideantur, nil interest; partim, in eiusmodi territorio heres bona immobilia possidens ex *propria persona*, & non ex *persona defuncti*, forum in omnibus actionibus sortitur. Interim negandum non est, secundum *statuta* quorundam locorum p) heredibus fas non esse, bona hereditaria *diuidere*, aut *exportare* prius, quam debita hereditaria sint *soluta*, aut *cautio sufficiens* oblata. Nec id in dubium voco, contra heredem *extraneum*, bona hereditaria *exportare* volentem, ceteris *paribus*, reliquis scil. accedentibus requisitis, *arrestum* impetrari, & decerni posse. Sed quemadmodum, in iusto *arresto*, heres ex *propria persona* in loco *arresti* forum sortitur *speciale*, ita *arrestum* non contra *quemcunque* heredem ex quacunque causa iure decerni potest. Sed haec diiudicanda sunt ex doctrina de *arrestis*. Denique opinio NOODTII (§. 17.) verba proemii nostri, nulloque suo proprio priuilegio excusat, ita interpretantis, ac si VELIANVS dicere voluisset: *heredem in foro, vbi defunctus debuit, praesentem, ibi conueniendum esse, si nullo proprio privilegio excusat*, QVOD SI

p) quod etiam usu seruat in republica patris Sueco-Halenst. idem sancitum est in Codice legum Suecarum, de anno 1734. tit. de iure hered. c. 10. §. 1.



SI TALE HABEAT, EVM IBI NON POSSE CONVENIRI, valde temeraria est, & NOOTIVS circulos ICtorum eatenus conspirantes, sine idonea causa, qualem nec vllam allegare potuit, turbauit.

§. XXI.

VTRVM HERES IN DEFVNCTI FORO DOMICILII PRIVILEGIATO CONVENIRI POSSIT? (v. §. 10.)

DICTVM est de foro defuncti originis speciali, & domicilii (§. 11 - 20). Sequitur nunc quaestio: vtrum heres eiusmodi actionibus, de quibus iam nobis est sermo (§. 7.) in defuncti foro domicilii priuilegiato possit conueniri? IAC. FRID. LUDOVICI^{a)} omnino id fieri posse putat, si hereditas adhuc sit in diuisa. Sed hanc sententiam, argumento eorum, quae iam in §. 20. contra LUDOVICI eiusque asseclas disputavimus, explodimus. Alii, contendentes quidem heredem, fori priuilegio gaudentem, nihilominus in defuncti foro domicilii ordinario conueniendum esse, tamen in contrario casu, scil. si non priuilegiatus succedit tali, qui fori priuilegium habuit, in alia omnia eunt. Audias modo PETR. BARBOSAM^{b)}, sic ratiocinantem: *Quod si per contrarium non priuilegiatus succedit priuilegiato, nihil ei proderit priuilegium de-*

F 2 functi.

^{a)} In der Einleitung zum Confessorial-Proces, Cap. §. §. 6.

^{b)} in cit. Comment. n. 216. seq.



functi. Et ideo heres clerici non est conueniendus coram ecclesiastico, quia istud est priuilegium concessum personae clerici, & cum per eius mortem cessaeret causa, propter quam fuit concessum, cessabit etiam & ipsum priuilegium. Placet sententia BARBOSAE, non vero sola a priuilegii natura desumpta ratio me mouet, ut huic adstipuler, sed ideo ad hanc accedo sententiam, quia forum domicilii priuilegium vicem fori domicilii ordinarii sustinet (§. 2.). Quemadmodum igitur hoc ad heredem non transit, (§. 19.) idcirco nec illud ad heredes transitorium est.

§. XXII.

VTRVM HERES IN FORO DEFVNCTI SPECIALI CONVENIRI POSSIT? (V. §. 9.)

ORDINE iam nobis se offert quaestio: De foris defuncti specialibus, utrum heres in iis possit conueniri, nondum accepto a defuncto iudicio? Moneo in antecessum, nec forum rei sitae (vid. §. 6.) nec forum arresti contra defunctum iam impetrati, (vid. §. 8.) huc pertinere. De reliquis dici posse puto: Heres in foro defuncti speciali eodem modo conueniri potest, quo defunctus conueniri potuit, nulloque suo proprio priuilegio excusat. Ne falsum regulae huic tribuas sensum, distinctius eam explicabo. Hoc semper suppono, actionem ipsam, in eiusmodi foro speciali instituen-

dam,

dam, aduersus heredem dari. Deinde dixi, *eodem modo, quo defunctus.* Hoc ita intelligo v. c. in foro contractus defunctus conueniri non potuit, nisi ibi inueniatur, aut bona ibi habeat, (§. 19.) ergo nec contra heredem forum contractus defuncti aliter fundatum est, quam si ibi inueniatur aut bona ibi habeat. Adieci: *nulloque suo proprio priuilegio excusat* tur, quae verba accipio tam de priuilegio fori *in iure expresso*, & toti ordini communi, quam de fori praescriptione alicuius personae *individuae propria a*),

F 30 A K I N D E R M Y N I

- a) *Pontificii Doctores*, praesertim si ipsi sunt clerici, clericos hic iterum excipiunt, eosque e. g. in foro seculari contractus defuncti laici conueniri non posse aint, quum ne quidem clericus tutoris, curatoris, sequestrri vel depositarii officium ex *commissione iudicis secularis exercens*, coram eodem conueniri valeat in causa illius officii.
SCHMIER cit. libr. II. tr. I. c. 3. S. 6. §. 2. n. 228.
Vide tamen ESPEN Oper. T. I. P. III. tit. I. c. 4. n. 29.
Certe secundum leges pontificias clerico integrum non est, in iudicem *secularem* sive expresse sive tacite prorogare iurisdictionem, c. 12. X. de for. comp. conf. LUDOVICI im Confessorial-Proces cap. 5. §. 24. BOLHMER in I. E. P. lib. 2. tit. 2. §. 62. qui apud nos absque ratione solida



nisi ex tenore priuilegii apertissime aliud possit ostendi. Probo regulam ex proemio l. 19. D. de iudic. & l. 2. C. de iurisdict. Haec fora specialia *inmutabilia* sunt, & arbitrio defuncti non subiecerunt, ideoque hic non absurde defendi potest, creditori, e. g. in forum *contractus*, *administrationis gestae*, ius esse quaesitum, per heredem non auferendum.

§. XXIII.

FORVM HEREDIS IN ACTIONIBVS CONTRA DEFVNCTVM NONDVM RADICATIS (vid. §. 5.)

RESTAT quaestio, quoniam in foro eae actiones institui debeant, quae contra defunctorum nondum fuerunt radicatae? e. g. interdictum quorum bonorum, remedium l. fin. C. de edict. Diu. Hadri. tollendo, querela inofficiosi, hereditatis petitio, possessoria hereditatis petitio, fideicommissaria hereditatis petitio, actio familiae erciscundae, actiones intuitu fideicommissorum, lega-

da dissentire videtur. Apud nos enim clero in una altera causa foro priuilegiato renunciare licet, ideoque tam expresse, quam tacite fieri id potest.



legatorum, & donationum mortis causa competentium. Heredem in his actionibus forum ex propria sortiri persona manifestum est. Tria etiam hic generatim concurrere posse fora, domicilii scil., rei sitae, & contractus, nemo non videt. Heres enim adeundo hereditatem cum fideicommissariis & legatariis quasi contraxisse censeretur a). Sed per singula supra relatarum actionum exempla ire, atque cuique actioni forum adsignare, nec animus est, nec si esset, tempus & dissertationis limites paterentur. Leges sat multas, de foro memoratarum actionum disponentes, habemus. e. g. tot. tit. C. vbi de possessione agi oporteat, tot. tit. C. vbi de hereditate agi, vel vbi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant, tot. tit. C. vbi fideicommissum peti oporteat, l. 38. l. 50. seqq. D. de iudicis. l. 29. §. 4. D. de inofficio testamento. l. 47. D. de legat. 1. Praxis etiam plerumque certa esse solet, altercantibus Doctoribus solum in theoria de vero legum illarum sensu. Si varias Doctorum sententias & explicationes videri cupis, euolue modo, IO. BRVNNEMANN, DIODOR.

TVL

a) §. 5. I. de Oblig. quae quasi ex contr. nasc. l. r. C. comm. de legatis. l. 3. §. 3. D. quibus ex causis in poss. eatur.



TVLDEN, ANTON PEREZ, IO. IAC. WISSEN-
BACH, SIM. PETR. GASSER in *Comment. ad cit.*
tit. D. & Cod. PÉTRVM BARBOSAM *b*), LV-
DOV. GILHAUSEN *c*), WOLFFG. AD. LAVTER-
BACH *d*), HERMANN VVLTEIVM *e*), AR-
NOLD. VINNIVM *f*), HVGON. DONELLVM *g*),
IVSTVM MEIERVH *h*), HENRIC. ZOESIVM
i), GEORG. ADAM. STRVVIVM *k*), HENR.
DE COCCEII *l*), SAMVEL DE COCCEII *m*),
IOACH.
b) c. l. n. 33. seqq.

e) in *arbor. iudic.* L. I. p. 2. §. I. n. 38. seqq.

d) in *coll. th. pr. lib. 5. tit. 3. §. 30.*

e) in *comment. ad tit. C.* qui sunt de iurisd. tit. 16. 17. 20.

f) in *Select. iur. quaest. lib. I. qu. 18.*

g) c. l. lib. 17. cap. 15. 17. ibique OSWALD HILLIGER.


h) in *Colleg. Argent. lib. 5. tit. I. §. 239. seq.*

i) in *Comment. ad Dig. lib. 5. tit. 3. n. 46.* & in *addit.*

k) *Exercit. 9. th. 43.* ibique MÜLLER.

l) in *cit. diff. tit. 4.*

m) in *iur. contr. lib. 5. tit. I. qu. 21.*



IOACH. CHRIST. COCHⁿ), VLRIC. HVBE-
RVM^o), IO. GOTTL. HEINECCIVM^p), BER-
NARD. SCHOTANVM^q), IVST. HENN. BOEH-
MER^r), Perill. FRID. ESAI. PVFENDORF^s),
& ANDR. MYLIVM, t).

§. XXIII.

FORVM COMPETENS, SI ACTIO COMPETIT CONTRA
PLVRES HERIDES, AVT IN PLVRES RES, EVNDEM
IVDICEM IN PRIMA SALTIM INSTANTIA
NON AGNOSCENTES.

DENIQVE ne omisisse eam videamur, fal-
tim tangenda est quaestio: quis sit iudex competens,

G si

n) cit. l. pag. 47. §. 19.

o) in prael. ad Pand. lib. 5. tit. I. §. 49.

p) in elem. iur. ciu. secund. ord. Dig. P. II. §. 31. 36.

q) in Exam. iurid. P. II. pag. 182. seqq.

r) in Consultat. & Decis. T. II. p. I. decil. 669. n. 8. T. III.
p. III. dec. 570. n. 3. seqq. Resp. 601. n. 33. seqq.

s) in Obs. iur. uniuers. T. III. obs. 156. vbi de domo mor-
tuaria.

t) in diff. de competentia fori ratione rei hereditariae Sect. II.
§. II. seqq.



*si contra plures unius defuncti heredes, aut in plures
res, eundem iudicem, saltim in prima instantia non agno-
scentes, competit actio? Quam ex doctrina continentiae
causarum a) diiudicandam esse quisque, me etiam
non monente, facile videt. Elegantes inuenies
obseruationes apud GEORG. MELCH. DE LVDOLF
b), Perill. IO. VLRIC. L. B. DE CRAMER c),
Perillustr. FRID. ESAI. PVFENDORF d). De
casu: si heredes partim sunt clerci, partim laici, con-
sule LUDOV. ENGEL e), GEORG. MELCH. DE*

LV-

- a) *De continentia causarum praeter scriptores in Bibl. Lip. Ienich.
& ab Excell. TAFINGERO in institut. iurisprud. can. pag.
506. excitatos, consulendi sunt Interpretes tir. Dig. quibus
ex causis ad eund. iud. eatur. Addantur scriptores processus
cameralis, & Magnif. ESTOR in des Reichs-Processes II.
Theil tit. I. edit. 1756.*
- b) *in Obs. for. P. I. Obs. 55.*
- c) *in Obs. iur. vniuers. T. III. obs. 798.*
- d) *in Obs. iur. vniuers. T. I. obs. 153. T. II. obs. 148.*
- e) *cit. l. lib. 2. tit. 2. §. 5. n. 47.*



51

LVDOLF f), IAC. FRID. LUDOVICIG), IO.
BALTHAS. DE WERNHER b), IVST. HENN.
BOEHMER i).

f) *cit. obs.*


g) im *Constitorial - Proces*, Cap. 5. §. 13.

h) in *Obs. for. T. I. P. I. obs. 305. Suppl. nou. n. 25. seqq.*

i) in *I. E. P. T. I. lib. 2. tit. 2. §. 50.*



16
 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.
 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.
 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.
 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.
 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.
 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86.
 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97.
 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107.
 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117.
 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127.
 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137.
 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147.
 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157.
 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167.
 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177.
 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187.
 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197.
 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207.
 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217.
 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227.
 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237.
 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247.
 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257.
 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267.
 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277.
 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287.
 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297.
 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307.
 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317.
 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327.
 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337.
 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347.
 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357.
 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367.
 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377.
 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387.
 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397.
 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407.
 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417.
 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427.
 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437.
 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447.
 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457.
 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467.
 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477.
 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487.
 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497.
 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507.
 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517.
 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527.
 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537.
 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547.
 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557.
 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567.
 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577.
 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587.
 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597.
 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607.
 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617.
 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627.
 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637.
 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647.
 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657.
 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667.
 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677.
 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687.
 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697.
 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707.
 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717.
 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727.
 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737.
 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747.
 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757.
 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767.
 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777.
 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787.
 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797.
 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807.
 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817.
 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827.
 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837.
 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847.
 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857.
 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867.
 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877.
 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887.
 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897.
 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907.
 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917.
 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927.
 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937.
 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947.
 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957.
 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967.
 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977.
 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987.
 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997.
 998. 999. 999. 999. 999. 999. 999. 999. 999. 999.



V
D
18

ULB Halle
007 662 947

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
FORO HEREDIS

QVAM
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE
MAGNIFICO ACADEMIAE RECTORE
D. IO. CHRISTOPH. KOCH

IVR. PROE. ORD. ACAD. SYND. CONSIL. AVL. HASS.
COM. PAL. CAES. ACAD. ELECT. MOG. SCIENT.
VTIL. SODAL. ORD.

PRO

LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
RITE CAPESSENDI
AD D. XXV. IVL. CIOCC LXV.
IN AVDITORIO SOLEMNI
DEFENDET
AVCTOR
CAROLVS FRIDERICVS SEIFERHELD
HALA - SVEVVS.

Editio Secunda.

G I S S A E,

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.
CIOCC LXXI.

